

## Capitulū quartū.

### Et circuibat iesus

totā galileam. **D**ns rex pugnaturus  
cōtra aduersariū regē: prius congre-  
gat exercitum et sic vadit ad pugnas.  
Sic et dñs contra diabolu pugnaturus  
prius cōgregauit apostolos et sic  
cepit p totā galileam euangeliū predi-  
care. Expugnatio ei diaboli p̄dicatio  
est veritatis: sagitta mortifera est in  
visceribus eius sermo iusticie. Deie-  
ctio eius ē opus signor. spoliatio po-  
testatis eius est cōuersio fidelium. Et  
rex quidē terrenus congregat exerci-  
tū vt illorū laboribus ipse gloriā cōse-  
quatur: iste autē congregauit aposto-  
los: nō vt illorū laboribus ipse gloriā  
cōsequatur sed vt suo labore illis vi-  
tiorā prester. Circuibat totā galileā  
sicut studiosus medic⁹ circuibat gra-  
uiter egrotātes singulis q̄busq̄ pas-  
sionibus adhibens congruas medici-  
nas: quia debiles illi ad medicū veni-  
re nō poterant. Et dñs quidem circu-  
ibat singulas regiones. Nos autē qui  
sumus vnus regionis pastores et si re-  
giones circuire necessarium nō habe-  
mus tñ singulas spēs passionū popu-  
li circuire et cōsiderare debemus. i. di-  
ligēter attendere qui sunt in populo  
q̄ auaritie morbo laborant vt aliquē  
sermonē de auaritie malo faciam⁹ ad  
medicamētū sanitatis illi⁹. q̄ auaritie  
stimulis agitatur: fm pauli sniam di-  
centis. Habētes alimēta et quibus re-  
gamur his cōrenti simus. Nā qui vo-  
lunt diuites fieri incidunt in tentati-  
ones. Itē debemus illis puidere  
qui in populo ardentibus libidinis fe-  
bribus valde laborant: et vt ad reme-  
diū passidōis eorū aliquod medicamē-  
tū in eccia pferamus de apotheca me-  
dicinali apostoli dicentis. De peccatū  
quo dcunq̄ fecerit hō extra corpus ē  
qui autē fornicatur in corpus suū pec-

cat. Quēadmodū p̄familias studi-  
os⁹ scit i domo sua qd vnusquisq̄ ne-  
cessariū h̄z ita et sacerdos singulorū  
mores et act⁹ et p̄uersionē debz dis-  
cere vt quale quibusq̄ medicamētū  
necessariū fuerit subministret: cui cō-  
solatōne: p̄solatōne. cui increpatōne.  
increpatōne. Cū at aspior increpatōis  
medicina fuerit posita fm q̄litate pas-  
sionis illius: nō debz indignari: q̄ nec  
infirmus irascitur contra medicū si  
posuerit aliq̄ medicinā mordētē. Nō  
enī cōsiderat aspiratē medicinē et iras-  
citur. sed cōsiderat benignitātē me-  
dici et sustinet. q̄ prodesse illi deside-  
rat nō nocere. Sicut autē infirmus q̄  
ipse venit ad medicum ex pre iam san⁹  
est. Sic et ipse peccator qui venit ad  
sacerdotes: et doctrine aut penitentie  
medicinā querit ex pre iam iustus est.  
Illum autē grauis tenet infirmitas:  
quē sacerdos sequit⁹ verbis et ille spi-  
ritualit̄ verborū medicamētū nō sen-  
tit nec meliorat sed q̄ stomachū pa-  
titur quicqd manducauerit et biberit  
iterū vomit. Sic et illa aīa patiens q̄c  
quid audierit statim de sensibus suis  
proijcit foras: sic illi infideles iudei d̄  
quibus dictū est. Omnem escam abor-  
minata est anima eorum. i. omnē escā  
doctrine animam nutrientem.

### Docens et predi-

cans euangeliū regni. Aliud est do-  
cere. aliud est euangelium predicare.  
Docebat enī eos dicens iusticias na-  
turales. quas et si ille nō diceret. ratio  
naturalis illos doceret vt puta casti-  
tatē hūilitatē paciam et cetera his fir-  
mita. q̄ hoies et si nō audiunt tñ a se-  
metipsis bona esse intelligūt: sicut ait  
apostolus ad romanos. Cū enī gen-  
tes q̄ legē nō h̄nt naturaliter q̄ legis  
sunt faciunt. Sed forte dicis. Si ea  
eos docebat q̄ oēs intelligunt. quid